

## 1. PRENANTHES PENDULA. C. H. SCHULTZ BIP.

Sola subgeneris Chrysoprenanthidis species, cuius diagnosis supra indicata.

*Sonchus (Picrosonchus) pendulus. Webb, in Litt.*

*Cerraja de Riscos Canariensis.*

HAB. Species hæc pulcherrima crescit in fissuris rupium, ad sylvas vallis Tiraxanæ *Degollada de Manzanilla* dictas, in regione altâ Canariae, ubi eam primus invenit cl. Berthelotius! sec. Webb! in litt.

DISTRIB. GEOGR. Suffrutex merè canariensis.

DESCR. Rupicola caule tortuoso, lutescente, cicatricibus foliorum notato; rami annui, purpurascens; calyx herbaceus, apice purpurascens; flores lutei. Achænio lævi, vix costato a Picrosoncho prototypo differt, sed hoc charactere Sonchis aliis accedit et Lampsanam ferè refert: Webb! in Litt.

A rupibus dependit similique modo crescit uti Sonchi canarienses fruticosi. Pedunculus communis nempe, in axi foliorum supremorum ortus, post achaeniorum maturitatem marcescit. Plantæ partes superiores nunc describendi  $3/4\text{-}5/4$  pedes longi, arcuati, quomodo a rupibus dependebant, glabri, foliati, corymbo supra-decomposito terminati, graciles, flexiles, exsiccati fragiles, inferne suffrutescentes, 2 lin. diametro metientes, ligno albo lutescente, cortice longitudinaliter rugoso, cicatricibus transversalibus à foliorum delapsorum insertione ortis notatæ, dilutè brunneo-lutescentes. FOLIA lineâ spirali disposita distantia, inferne magis conferta, corymbum versus remotiora, longitudine spithamæ vel dodranthis n. 7-9, inferiora  $5\frac{1}{2}$ , pleraque 5-4, suprema tantum 3-2 imo  $1\frac{2}{3}$  poll. longa, superne  $2\frac{3}{4}\text{-}1\frac{1}{2}$  pl. ultra 2 poll. diametro metientia, longe petiolata, petiolo 3-4-2  $1\frac{1}{2}$  pl. 2 poll. longo, laminam folii subæquante,  $1\frac{1}{2}\text{-}3/4$  lin. diametro metiente, subtriangulari, sessili. Lamina folii 1-3  $1\frac{1}{2}$  pl. 2-3 poll. longa, circumferentia ovata, pinnatifida, pinnis utrinque 2-3 suboppositis, 7-14 lin. longis, triangulari-lanceolatis, elongato-acuminatis, cum margine folii integerrimis, margine inferiore rectis, superiore convexis et raro ad exortum dente parvo triangulari-acuminato, 2 lin. longo-pinnulae rudimento-notatis; lobus terminalis pinnam referens ad exortum saepius utrinque pinnula una alterave rudimentaria, 2-4 lin. longa, triangulari notatus. Rachis 1/2-1 poll. lata et si pinnarum par tertium adest, inter hoc et intermedium quandoque tantum 1-1  $1\frac{1}{2}$  lin. Pinnae hujus speciei cum forfice excisa esse videntur, sinus inter binos vero rotundatae. Folia ceterum pergamentacea, glaberrima, infra glaucescentia, penninervia, cum foliis Sonchi acidi Schousb., quodammodo comparanda, superne decrescant et ad ramificationem corymbi insimam vel adhuc sequentem adhuc observantur. CORYMBUS myriocephalus, ramosissimus, 3-6  $1\frac{1}{2}$  poll. diametro metiens, 3-4  $1\frac{1}{2}$  poll. altus, dichotomus. Ramus inferior et sequens quandoque in axi foliorum jam descriptorum oriuntur, sequentes vero cum ramulis et pedicellis in axi squamarum anguste linearium, vel squamarum lineari-lanceolatarum, 1/2-4 lin. longarum. Pedicelli capitulo breviores, 3/4-3 lin. longi, nudi vel squamula parva muniti. CAPITULA 5-flora, semper erecta. INVOLUCRUM cylindraceum, 5 lin. longum, in statu compresso 1 lin. latum, squamis internis n. 5 subæquilongis, vix 1 lin. latis, linearibus, obtusis, superne ciliatis, exterioribus fere totidem vel ad basin sexta v. septima accedunt

duplo-sextuplo brevioribus, ovato-triangulari-lanceolatis, obtusis, omnibus adpressis, herbaceis, viridibus. Inferne involuci squamæ cum pedicelli apice, more Sonchi, post achænorum maturitatem albide spongiosa dilatantur. RECEPTACULUM minimum, nudum. FLORES flavi, hermaphroditi, lingulati, ultra 5 lin. longi, apice 5-dentati. Tubus ligulam subæquat; antheræ elongatæ ligulam subequant; styli superne hirti rami ligulam lineâ unâ superant. ACHÆNIA articulate cum receptaculo juncta, 2 lin. circiter longa, superne 1/3-2/5 lin. diametro metientia, cylindracea, compressiuscula, utrinque, præcipue inferne paulo attenuata, erostria, glabra, alutacea, 5 sulcis angustis in partes 5 divisa; nectarium conspicuum. PAPPUS 1 lin. vix superans, achænio duplo fere brevior, persistens, niveus, setis subæqualibus, flexilibus, tenuibus, denticulis distantibus extrorso-antrorsis munitis, areolæ apicalis dilatati margine insidentibus.

Obs. Certe Lampsanæ, monente rectè acutissimo Webb, affinis et pappo abbreviato transitum ad Rhabdothecam formans.

#### EXPLICATIO TAB. 124.

1. Ramus florifer magn. nat. 2. Flos cum 2, Achænio et 3, Achænio medio longitrusum secto, magn. auct.

### LACTUCA.

PLIN. — TRAG. — LINN. ex parte. — C. H. SCHULTZ Bip., in Linnæa, XV, p. 724 excl. subgenere B. a. (Microrhyncho) cum Soncho jungendo.

CAPITULUM multi-pauciflorum. INVOLUCRI + — imbricati, subcylindracei, demum reflexi squamæ interiores ad apicem dilatatae magis herbaceæ. RECEPTACULUM nudum. ACHÆNIA plano-compressa, longitudinaliter striato-carinata, in rostrum attenuata. PAPPUS persistens, niveus, pluriserialis, setis strictis, subæqualibus, distanter denticulis brevibus, extrorso-antrorsis munitis, non tantopere digitis adhærentibus nec crassioribus intermixtis ut Sonchi.

HERBÆ pl. glabræ, glaucescentes, paniculatæ, variantes foliis integris vel runcinatis, costâ aculeatis vel glabris; flores flavi, cœrulei, purpurei vel albi.

#### 1. LACTUCA SYLVESTRIS $\beta$ coriacea. C. H. SCH. BIPONT.

A. Rostrum achænii gracile discolor. = Eulactuca C. H. Schultz Bip. MS.

a. Achænia longitudinaliter multistriata. = Lactucæ genuinæ Schultz Bip.

z. Folia lata, ovato-lanceolata. = Platiphylloseris C. H. Schultz Bip. in Linnæa, XV, p. 720.



Rouelle. Eng. del.

*Pentanthes pendula* C. Vob.

Lith. de Jules Rigny et Richer.

Velle typ me!